

V C  
3647



ca.

E

CI



Ch. 32a, 28

Vc  
3647

NONNEMINIS  
**BVCOLICA,**

IN  
AVGVSTVM BREMERVM,  
SAXONEM,

AVTOREM STOLIDAE DEFENSIONIS  
P R O

**IOHANNE GEORGIO I.**

A D V E R S V S

**Christianum Thomafium,**  
ICTVM HALENSEM.

V T R V B I. 1723.



6

Qui hominum genera diligenter scrutantur, moresque probe expendunt, observarum habent, defensores veritatis placidos, mitis, & in ipso veritatis zelo lenes esse solere: contra mendaces & partium studio abreptos excœcatosque semper esse feros, seditiosos, ad tumultus ciendos aptos pronosque, muliebri impotentia vociferantes, præsidium causæ in calumniarum mendaciorumque turpitudine quærentes. Quæ cum ita sint, nouissime brutorum omnium facile princeps *Augustus Bremerus*, siue verus ille sit, siue personatus, in aciem indigno processit apparatu, contra virum eruditione, meritis & dignitate principem CHRISTIANVM THOMASIVM, ICTum celeberrimum. Confirmavit exemplo suo, mendacia comitatem expellere, calumniam modestiæ obicem ponere, ipsum inter vaccas, orthodoxiam tantum non ubique mugientes, esse admissarium bovem, quem vernacula nostra vocamus den Brümmer. Tantum Germanicarum Academicarum portentum an tale sit, uti nobis persuademus, ipsa eius veruecinæ procacitati iuncta invidia hætenus nos suspensos tenet, quippe nominis obscuri indicio hominem noscere nondum possumus, qui neque officii neque meriti alteriusve scripti nota conspicuum sese sistere potuit. Conditionis ergo eius rationem aliquam habere nobis non licet. Quare vespertilio ipsi sibi imputet, si honoratior ipsius status infamis facti pœnam non mitigavit. Contentus sit suo Virgilio, qui

qui  
met  
con  
me a  
que  
am.  
teriu  
num  
bo, h  
man  
quan  
lam a  
con  
fatis  
Aulu  
Boue  
mini  
super  
quod  
runt,  
quin  
le alic  
rem a  
stanti  
neuo  
non n  
fionis  
inqui  
Thom  
num  
nus p  
tuus d  
cap. 9

qui Bucolica ipsi conuenientia in prosa canit:  
metrum enim aliquod ipsi apparet nimis  
contortiplicatum. Iam igitur ad id negotii  
me accingo vt Te Brömmere, qualis quantus-  
que sis, canam & ita publice prostibilem faci-  
am. Vt autem imprudens propositi mei vl-  
terius non sis, neque nescias quibus carmi-  
num fascinis cutem tuam Leoninam illustra-  
bo, hoc tene, inquiram, vtrum bouina an hu-  
mana animula cuticula tua tegatur. Etenim  
quam antiquitas de asino in pelle leonis fabu-  
lam adamarat, hæc, puto, tibi sordet: scilicet,  
condicione tua inferior est, sed & nomini non  
satis conuenit. Legisti procul dubio Plauti  
Aululariam, & didicisti ex Actu II. Scena II.  
Boues assimilari diuitibus potentibusque ho-  
minibus, asinos pauperibus. In eo quoque  
superbientem luxuriantemque te conspicio,  
quod vitulum siue bouem Israelitae adora-  
runt, non vero asinum. Nullus ergo dubito,  
quin mauelis adorabile esse brutum, quam vi-  
le aliquod & detestabile. Eum saltem hono-  
rem asinis habeas, quod Apuleii aureus præ-  
stantior sit te, boue in itore ligneo. Hac be-  
neuolentiae captatione præmissa diutius te  
non morabor. Paragraphus primus Defen-  
sionis tue stupidum te prodit bouem. *Fines,*  
inquis, *verecundiae omnes excessit Christianus*  
*Thomasius.* Hoc ipsi vitio vertis. Sed vituli-  
num Thomasio obiicis crimen. Nisi rustica-  
nus prorsus bos esses, scires quid *Aristoteles*  
tuus de verecundia sentit, ad Nicom. L. IV.  
cap. 9. *De verecundia autem, quasi de virtute*

X 2

ali-

*aliqua, dicendum non est. Et paulo post: Non omni aetati affectus hic conuenit, sed iuuenili tantum. Iam, quid verecundia ad Thomafium feptuagenarium? Quid excelsus verecundiae, vitii habet, quae nec virtus est, nec Thomasio conuenit? Vides, bouinum caput, immania tua cornua per cutem leoninam tota pellucere? Sed, peccauit tamē Thomafius; IOANNEM GEORGIVM I. appetitiae coronae Bohemicae insimulare ausus est. Nam in Historia contentionis inter Imperium & Sacerdotium p. 605. palam narrat; Quæso, quid narrat? Puto talia, quae non capit bouillum tuum caput, aut quae cornuum tuorum immanitas disturbat. Narrat autem Hoeum, Theologum Lutheranorum præcipuum, natione Bohemum, & nimiam fiduciam in Bohemis quibusdam, clam cum illo tractantibus ponentem, Electori Saxoniae persuasisse, quod Bohemi ipsum in Regem sint electuri. Sed postea Hoeum a Bohemis esse deceptum, vel Bohemos ob dubia & meticulosa consilia ministrorum Saxoniorum adactos fuisse vt loco Saxonis Palatinum eligerent. Palpari debinc præcipuam causam, cur Saxo postea Cæsari aduersus Palatinum adhæserit, & odium Lutheranorum erga Reformatos auctum fuerit. Thomafius loquitur de Hæo, a Bohemis tentato & decepto: tu, pecus cornutum, eum intelligis de Iohanne Georgio I. Bohemiae regnum spe deuorante. Itane omne tibi cerebellum in cornua transcenderat, cum hæc legeres, vt planissimam narrationem capere non posses. Credo sane Eulen-*

len  
am p  
mal.  
narr  
cutu  
dioc  
re po  
Saxo  
in Re  
niffi  
tam  
idem  
intel  
Elect  
liboc  
non i  
optim  
quod  
incau  
agen  
que t  
nam  
cipe:  
ctoris  
putes  
men  
Anne  
tae st  
es in  
in Ho  
in Ele  
clesia  
tes, i

Non  
enili  
Tho-  
ces-  
rtus  
num  
oni-  
Tho-  
ppe-  
s est.  
m &  
æso,  
e bo-  
tu-  
ntem  
uum,  
Bohe-  
nen-  
hemi  
oem  
dubia  
orum  
lige-  
cur  
æse-  
uatos  
o eo,  
cor-  
gio I.  
e o-  
nde-  
arra-  
Eu-  
len-

lenspigelii asinum promptius cantilenam su-  
am perdidicisse, quam tu, analphabetum ani-  
mal, assequi poteris sensum Thomasiae  
narrationis. Si prudentior esses vacca, asse-  
cutus fuisses ea, quae nullius hominis vel me-  
diocrem saltem intellectum fugere vel falle-  
re possunt. Thomasius ait, Hœum Electori  
Saxoniae persuasisse, quod Bohemi ipsum sint  
in Regem electuri. Tu, quadrupedum insa-  
nissimum exaudis Thomasius, uti vacca por-  
tam adspicit renouatam. Sed quid percipis?  
idem quod villicus vaccarum fœcundator  
intelligeret, scilicet, quasi Thomasius dixisset,  
Electorem idem persuasisse sibi. Rudis Me-  
libocane, quid agis? Crimen in Thomasius  
non intentas, sed ipse integritatem fidemque  
optimi Principis in dubium vltro vocas, &  
quod Thomasius nunquam cogitauit, animis  
incautorum obreptitie insinuas, quasi aliud  
agendo. Sed iniuriam ne tibi faciam, boui-  
que tibi stupidissimo calliditatem serpenti-  
nam ne affingam, libellos retractationum ac-  
cipe: Non quasi aliud agendo concutis Ele-  
ctoris virtutem, sed mera tua amentia facit, ut  
putes defensum iri Heroem optimum si cri-  
men ipse comminiscaris, quod misere diluas.  
Anne sentis, quod ipse maculam gloriae au-  
tæ stirpis Saxonicae adspergas? Conquestus  
es in §. 2. famosi tui libelli de Thomasius graui  
in Hœum accusatione, de multo grauiissima  
in Electorem ac vniuersam Lutheranam Ec-  
clesiam. Brutum pecus, si quid capere po-  
tes, iam cape tibi hoc: Elector per Thoma-  
sium

sum omnino illæsus est, quod modo vidisti; si tam longe meminisse potes: Hœum & Lutheranam Ecclesiam non defendis: Quid ergo boas? quid mugis? quid calcitras

Monstrum horrendum, informe, ingens,  
cui lumen ademtum?

Opus mihi non est, ut tibi opponam ulterius aliquid, neque ut demonstrum Thomasio liberum esse credere & scribere: Hœum esse tentatum a Bohemis: Hœum Electori persuasisse, serium Bohemis esse propositum votumque ut fiat Rex. Ast giganteis oculis tuis nondum affulget apertissima scripti Thomasianni innocentia. Longe aliud est dicere: Hœus persuasit Electori ut regnum Bohemiae oblatum acciperet; ita tu deliras: Longe aliter scripsit Thomasius. Iam etiam ad instar asini Apuleiani os in miros contorques circulos, ut humana voce pronuncies Thomasi multo grauiissimam accusationem in Lutheranam Ecclesiam. Auctum est ea de causa Lutheranorum in Reformatos odium. An immerito? Vix credo. Hœus est deceptus; sed consiliis & machinationibus Palatini. Quid inde, nisi odium in Reformatos? quid autem hoc odio iustius, quippe quod augebatur ob appetitum alienum regnum, studium propagandi ritus Ecclesiae Reformatæ cum detrimento Lutheranorum. Iam, virulinum ochspit, aperi saxeos dentes & dic clare: *Hoc non putaram.* Ut autem tibi (quasi ego lanio sim, tu bos mactandus) iugulum pressus premam, dico tibi, solam famam

mam



mam appetiti regni vel suspicionem posthabiti Electoris potuisse sufflare igniculos odii aduersus Reformatos, licet Elector serio adspersus sit conditiones Bohemorum. In §. 3. auspiciū capis, & auctoritate leuissimae oratiunculae fretus, iam de triumpho cogitas, de Thomasio conclamatum iri confidis. Quæso, quid valebis obtuso iam tibi vtroque cornu? sed bos aruspex, en tibi coruum a læua: sinistrum omen. Thomasius ait, Hœum natione Bohemum fuisse. Tu probas argumento quouis tauro fortiori, Austriacum fuisse. Hic laqueum tibi scitissime applicatum esse sentias necesse est. Tu, qui eiusmodi vilissimas plagulas in pretio habes, quas ego non nisi posteritati tergendae adseruasssem, fat certe Hœum ascendentem agnoscis vel affinem, alias nescio, quo pacto tibi contentissima hæc hæreditas obuenerit. Quemnam iam miremur? Thomasius, qui defectu cimelii, quod tibi feliciter obtigit, Hœum Bohemum esse putauit? an te, qui inconsideratissima dementia studium partium, quod alis, prodidisti? Imo vero te, Isidem Cimbricam impense miremur! In §. 4. flosculos Terentianos appetentem videas grandem istam belluam. Immanis bestia! credidistine solam te habere Terentium? Vitiō tibi non verterem si ex dicti Comici Andria Actu I. Sc. 5. carpsisses versus:

Paulo momento, dum in dubio est animus,  
huc illuc impellitur,  
modo phrasi usus fuisses propter controuersiam

fiam: nunc cognosce summum tuum stuporem: lites feris prout oportuna tibi succurrit locutio, quamvis Euandri matris vaccae vix suo seculo ita locutæ sint. Video autem adfuetum esse Brömmerum paradoxis: nouissimas suas nugas verbis obsoletæ antiquitatis effutit; antiquas historias fide nouissimorum auctorum firmat. In partes vocat Pfanerum, qui nullo alio auctore laudato confirmare debet, quæ seculo integro retro secrete gesta sunt. Perpende autem argumentum belluinum, fœtum ochsipitii tui, quem exhibes Thomasio §. 5. in fine. Sententia tua est, nihil agendum ex ancipiti conscientia (cur non iterum occasione Terentiani dicti ita locutus es: *paulo momento dum in dubio est animus?*) probas sententiam tuam: quia peccatum est quod ex fide non fit. Rom. XIV. v. 23. vix credo tanti roboris argumenta vulpeculam protulisse, cum in anserum concione verba faceret. Euge! logicam vitulinam, cornutum subtiliter syllogizantem! Verum tamen quid ais? dubitans tibi & anceps est conscientia an apud Neomagistrum tuum stabile tibi semper stabulum & pabulum futurum sit: & nihilominus contra Thomassium instinctu istius tam ruditer debaccharis. Quia hic non ex fide agis, confitearis necesse est, te peccare. O inconsideratum bouem! qui alium offensurus stultissimo impetu in telum ruit. Iam vero tædium ratiocinationis tuæ me cepit: quid ergo secundo & tertio causeris §. 6. &

7. non

7. non inquiram. In §. 8. arator tenebrarius non videt, quid sit palpare. Palpare est leni tactu pertentare. Næ tu mihi lippus & luscus es Brömmerus! Quando Thomasius arguendo tentat, tu putas decerni. Sentisne, uro quouis te esse stultiorem? In sequentibus §. §. cramben tuam ter quaterue coctam iterum apponis. Si ipse maectatus toties recoqueris, mera puls eris, dura licet sit caro bubula. Iniuriam ne conqueras, precor, boum syluestrium pariter ac campestrium stolidissimum immanissimumque te prædicari: quippe qui §. 11. ipse te bicornem nobis fistis, Thomasioque optionem das, utro cornu perire malit. Iterum natiuo & belluino tuo stupore præuidere nequisti, te validissimam abietem incurfare, tibi que ambo cornua in ochsiput usque retro actum iri. Audiat aliquis nequam bouem! *Peculiarari*, inquit, *dissertatione euincere aggressus est Thomasius, nesciri, quid sit substantia. Ergo exploratum non habet, se esse substantiam. Quod si non est substantia non est homo. Si non est homo non est vir, si non est vir, nec est vir optimus.* Plaudite vitulinam sapientiam! sed bubulum cerebrum iterum sinistre intelligit Thomasius. Sit ita, Thomasius defendit, nesciri, quid sit substantia. Brutum caput! ideone defendit *non dari substantias?* Quin potius dari profiteretur & ego quoque profiteor, te tam esse substantiam, substantiarum bubularum substantissimam, vt concipi & adæquate sciri non possit. Aliud cognosce brutali-

talitatis exemplum, quod §. 12. exhibes. Thomafius improbat claufulam iuramentorum, quae falua falute æterna femper feruanda ef- fe docentur. Nifi poculum Circeum te to- tum immutaffet, euoluiffes notas Thomafii ad Lancelottum, ad quas prouocat eodem loco, quem tu malitiofe peruertis. Ex his erudiri potuiffes, Thomafium ita fentire: Clerum mediante iuramenti religione impe- rium ad fe magnam partem rapuiffe: quod uide. Scitum Macedonianum filiofamilias mutui obligationem remittit, Velleianum in- terceffiones mulierum infirmit: Magiftratus ciuilis pronunciat, filiumfamilias & mulie- rem non teneri. Sed accessit iuramentum: feruatam iri obligationem eiusmodi ipfo iu- re nullam: magiftratus ciuilis in eadem fen- tentia perfiffit, & recte. At Clerici hamo iu- ramenti inter innumeras caufas ciuilis iuris- dictionis has quoque iam pifcantur: aiunt, iuraffi: & quæ iuramenta falua falute æterna poffunt feruari, funt feruanda. Hæc fana mens eft Thomafii. Tu boatu maximo cla- mas: ergo, Thomafius iuramenta negat efle feruanda: ergo uir optimus non eft. Sed tu optime bos es. Finge igitur, iuraffe ftabula- rium tuum in hanc formulam:

Jeh N. N. fchwere einen körperlichen Eyd, daß ich, in Erwekung des gottfeligen Eysers, welchen mein getreuer Stoß-Dohse, August Brömmer, wider Christian Thomafium bezeiget hat, und noch fer- ner zu bezeigen wohlmeyntlich gefinnet ift, den- felben mit lauter Würften, welche von finnichtem

Spez

Spech  
Schro  
Pflast  
hen, w  
Grenst  
beschr  
täglich  
tua! h  
va fal  
deris  
Thom  
ego q  
gume  
los ill  
guari  
orber  
Thom  
reple  
Thom  
te eff  
tuum  
fum:  
fes.  
statui  
autur  
venia  
fessio  
Mene  
- -  
Qu  
V. T  
Olim

Specke, madichten Därmen, gehackten Rakens  
Schwänzen, fricafirten Eydeyen, alten Wund-  
Pflastern, und faulen Fontanellen-Flecken, bestes-  
hen, wie ich solche in Schlesien auf dem Wege nach  
Freystadt einem Prediger mit mehrerem dergestalt  
beschrieben habe, daß er solenniter speyen müssen,  
täglich zweymal tractiren will. Veruecea sta-  
tua! hoc iuramentum botularius iste tuus sal-  
ua salute æterna seruare possit: attamen vi-  
deris mihi abnuere, seruandum esse: quidni  
Thomasius negaret, quidni alius quidam, &  
ego quoque? Aliud accipe ingenii bubuli ar-  
gumentum ex §. 13. nonne statim tibi in oculo  
illuxit, fore, vt mendacii turpissimi redar-  
guaris, cum diceres: Thomasium repleuisse  
orbem libellis famosis: nimirum famoso in  
Thomasium tuo libello locus non fuisset, si  
repletus esset orbis aliis. Vivaci ingenio esse  
Thomasium dubitas: exsuccum iugatorium  
te esse nemo dubitat. Putasti aduersarium  
tuum a Fabio in numerum Doctorum impul-  
sum: certe non putasses, nisi totus brutum es-  
ses. Grauiora quæuis in aduersarium tuum  
statui & dici debere, sub Menedemi persona  
autumas: si tamen tibi conuenit persona, con-  
ueniant verba oportet. Ita propria te con-  
fessio gemino boue stolidiorem prodet: Ait  
Menedemus, tu boas ex eius persona:

- - - *in me quiduis horum conuenit*

*Quæ sunt dicta in stultum: caudex, stipes,  
asinus, plumbeus.*

V. Terent. Heautont. Act. V. Sc. I.

Olim forte Romani mirati sunt Iouem ali-  
quan-

quando & Mercurium histrionicam fecisse. Plaut. in *Prol. Amphitr.* Nos autem & totum nostrum seculum impense miramur urum, ne micam quidem humani sensus habentem, histrionem Pritschmeisterum agere. Felicem prædicas Thomasiū quod Pritschmeisterus Brunsvicensis ad Eliseum Pritschmeisteriatum abierit. Sed infelicem te Bræmmerum, qui huius locum h. §. occupasti, & maxima procul dubio fame premeris, dum alienas culinas pulsare coactus es: scias autem a posteriori parum reperiri sapidi: de gustibus tamen tecum non disputabo. Ægre in id adductus sum, ut hæc tibi reponerem: perpende ergo tecum quales illi sint, qui talia mihi extorquent: das sind die rechten groben Ochsen. *Conf. §. 14. Defensionis Bræmmeri.* Græculæ leuitatis vitulum magis magisque detecturus ad §. 15. reuerenter accedo, ubi villicus bos, a Fabio in Doctorum numerum forte intrusus, illotis unguis Imperatorias constitutiones atrectat, & Nouellam CXXXI. e græco textu nobis interpretatur. Sequamur eius versionem & loco vulgatæ legamus: *prædictorum sanctorum conciliorum decreta (κατάπερ) SICUT sacras scripturas suscipimus. καὶ ὅτι πρόσωπον! τὸ perinde ut,* quod habet versio latina nouellæ, idem est, quod *sicut*: Luc. VI. v. 36. iubemur esse misericordes, *sicut* & Pater noster misericors est; id est: iubemur esse misericordes, *perinde ut* & Pater noster misericors est. Tu vitulinum Ochsi put instas: *Num propterea nostra misericordia æquiparatur miseri-*  
cor-

cordi  
ratur  
onen  
litas.  
gabit  
leger  
re no  
inpri  
stinia  
pae.  
rem  
rius  
doxi  
te q  
sibi v  
appe  
Præc  
cet,  
puto  
alias  
tum  
mere  
prob  
lippu  
v. 30  
boue  
dio l  
defes  
resid  
cessa  
flicti  
omn  
um  
Dep

*cordia Dei?* Taure, discere sapere: non æquiparatur actu, sed præcepto, licet huius perfectionem assequi nos non sinat humana imbecillitas. Cæterum vitium grammaticale non castigabit Priscianus, qui totum contextum Thomasi legere potest, quem tu, horrenda bellua, legere non potuisti. Ita autem habet Thomasius: *inprimis notandae sunt conditio miserrima Iustiniani & maxima hypocrisis Gregorii M. Pape.* Recte se habet constructio, quasi dicerem Pritschmeisteri, Brömmerus & stabularius eius merito vapulant, nam sunt orthodoxi. Sie sind rechte grobe Ochsen. Iam per te quoque non sine fato certior fio, quid sibi velit rusticorum consueta Parochi sui appellatio: Unse Herr. Dicis, verbi diuini Præcones appellari solere Dominos: scilicet, in Germania hoc solere, & hoc te velle puto, qui extra huius limites non venisti, alias non reuersus esses saluus: bouem tantum statim deuorassent exteri. Ut nihil temere dixisse videaris, egregiam subnectis probationem: Nam commentariensis Philippus dixit Paulo & Silæ: *Domini.* Act. XVI. v. 30. Nondum tamen te agnoscis rudem bouem, tam bos es. Hactenus toties in medio luto iacuit bos meus arator, ut prorsus defessus & tantum non ruptus in §. 17. vires residuas ægre colligat. Quare ipsi non facessam negotium, & afflicto non addam afflictionem. In §. 18. ita est elumbis speque omni cassus, ut Pontificios in auxilium suum contra unum Thomasi prouocet. Deploratum & conclamatum de te est, bos miser-

miserrime; qui græco sensu orthodoxus, miseria tua ad tantam apostasiam compulsus fuisti: sed Suecum scriptorem adhuc intelligis vitule, §. 19. num inde prudentior es vacca? nequaquam. Quæ asinum sonant, cur non intelligeres, qui in eodem stabulo cum pluribus eiusmodi auritis eodem stabulo nutritis? Languet adeo tibi Minerua tua vaccina in oppugnando Thomasi afferto, quod Lutherus iura magistratus civilis circa sacra non redintegrauerit. Disputatio circa hoc punctum omnis eo redit, 1) quod Papae iura magistratus usurpata ademerit, 2) quod ea sibi suoque Clero non retinuerit. Prius tua demonstratione non eget: posterius probare adhuc debes. Si humano fores ingenio, agnosceres ad §. 21. concordiam coactam & panis quotidiani pretio a viris Ecclesiasticis redemptam, non esse concordiam fide Christi dignam. Deputido, uti tibi §. 22. videtur commento, consulas passeris in tectis urbium Saxoniae carmen personantes de aurea sed subærata catena, a Hispanis Hæo donata. Sed ut digno iterum te titulo, vitule, compellem, qui ad instar bouis ratiocinaris, crede, eadem facilitate, qua tu alium in N. substitues, Hæum reponi posse, conscientiae tum temporis Electoralis adeoque belli pacisque haud leuem moderatorem. Exhaustus adeo est vires taurus meus ut iam ultima vice dicat: *si foret vivaci ingenio.* §. 23. Christus ait Ioh. XV. v. 5. *Ego sum vitis vos palmites*, clara sunt verba, sed ratio iubet ut a claris verbis

rece-

reced  
brutu  
suum.  
dem  
ditun  
dis, q  
tellig  
quod  
iuris  
cis in  
princip  
testati  
sint sen  
causa.  
largitur  
eipi Ch  
cus sum  
superos  
doxia  
Christia  
faceret  
sus teip  
dignus n  
masius n  
etiam n  
sus euno  
digna, p  
minus n  
randum  
ris natu  
meris, e  
ptum re  
iudicio  
quid tit  
Inuita M  
lippitta  
habet.  
ata: eit



recedamus, neque ea proprie fumamus. Tu, brutum, statuis contrarium contra Thomafium. Merito rationem vilipendis, fi quidem ignoti nulla cupido. In §. 24. inconditum fenfuque omni carentem mugitum edis, quem fanæ rationis compos nemo intelligit. Thomafius corripit Pufendorffium, quod nonnunquam Christianis Principibus plus iuris circa facra Christiana tribuat, quam Ethnicis in fuis. Taxas ideo Thomafium, quafi principis Christiani circa facra poteflatem æquipararet poteflati principis Ethnici. Collige te & numera quor tibi fint fenfus, qui eiusmodi quid perhibes notandi Thomafii caufa. Hic corripit nimiam, quam Pufendorffius circa facra largitur licentiam: tu, fine fenfu animal ais: maiorem Principi Christiano hic competere licentiam, quam tibi Ethnicus fumeret. Idem fi dixiffet Thomafius, quod hic gannis, fuperos inferosque moueres. At vero tu vehemens es orthodoxiæ contra Thomafium vindex, qui ad conferuandum Christianifmum reftaurare cupis Gentilifmum. Quis hoc faceret, nifi qui bruto quouis magis brutus eft? Ur aduerfus teipfum §. 25. informeris, haurias ex fcriptoribus fide dignis modum quo Lutherus Carolftadium hæretificauit. Thomafius non probat Carolftadii fomnia: fed quid obftat, quin etiam non adeo collaudet modum procedendi Lutheri aduerfus eundem? Imo digne exceptit hominem Lutherus: nonne & digna, proba & recta agendi ratio eum impedire potuit, vt alia minus recte agat? Exempli gratia: tu bos iugatorius ad arandum es adfuetus: recte agis, quoniam ad altiora non videris natus: fed cum iam contra Thomafium fcribere cupis, vomeris, exercitatio, quo terram hætenus fcidiffi, te profus ineptum reddit, ita vt duas plagulas miserabiles tuo, id eft, nullo iudicio vix ac ne vix quidem commaculares. Ad §. 26. nescio quid tibi reponam, quia tu nescis quid Thomafio opponas. Inuita Minerua Cancellarii Moguntinenfis definitionem Philippiftarum huc trahis, quæ & ipfa nihil ingenii vel acuminis habet. Sed ne ultra fphæram tuam philofophari audeam, fit ita: ein Philippifte ift ein Calvinifte in Butter gebaßen; & tu

10. 3647. A

& tu es bos arator luto incrustatus, qui maculas tibi demere cupis, dum te ad pueros fricas. Cautio Lutheri, in Colloquio Marpurgensi adhibita, omnino clericalis est. Si Lutherus Zwinglio caritatem (si quidem tu hanc voculam mauis) debuit, propter præceptum Christi eandem ipsi debuit; an ergo integrum Luthero erat, clausula excipere, quod sine exceptio ne ipsi incumberebat. Reboantem te fere audio: omnino in tegrum erat ipsi, *quia caritas eo non spectat, ut pallientur errores.* At tu Leonina pelle palliatum brutum, percipe, si uales, vim cautela, quam defendis. Promitto tibi impunitatem nequitiae tuae, in quantum id mihi permittit conscientia iustitiaeque vindicta amor. Vides sane, quamquam totum tibi obbruit cerebrum, quod saluo pacto vi clausulae adiectae te exconiatori deglubendum tradere possem, qui tibi primo pellen Leoninam, deinde cuticulam tuam delicatulam bubulam detraheret. Tum fraudulentiae manifesto te tenerem, cuius alio teneri putas §. 28. non probas. Confiteretur Pontificius omnium Christum, hac confessione facta tectaue in templo Lutherano rum potest orare Pater noster opertis pileo oculis. Hæc est simulatio, religionem tangens: an tu tam bos eris, ut eam taxes? Sed sentio ingenium tuum, postquam aliquandiu tepuit, iam frigere, qua re moneor adesse finem cornutae tuae defensionis. An tequam ergo discedamus, opus esse sentio ut famæ meae apud te consulam, neque admittam ut quod Thomasio imputas §. 24. 8. sequentibus, mihi quoque obicias, animo me esse minus candido, qui nomen potius reticui, quam fictitium ementitus sum quod tu forte fecisti. Id autem opportune in mentem redit quod §. 14. viri magni nominis mentionem iniicis, cuius colloquii consuetudine ita forte fastidiosus factus es, ut me facile contemneres, nisi ipse quoque sim vir magni nominis. Denique quia Comici tibi adeo placent, accipe nomen comicum quo emenso non dubitabis, quin sim vir magui nominis. *Ad sculta ergo ut scias:*

- Multiplagicidides Ochsiptu non parconides
- Bouissimulonides vaccanonmoxcredonides
- Inbouemtemutonides Pritschmeisterumvexonides
- Brömmerumcastigonides Thomasiaffleclonides
- Lutherumnonabnegonides inbuttergebackenPhilipponides
- Appendicentribicondonides postnunquamresponndonides.

☼ ) o ( ☼

ne



mere et  
colloqui  
lutheru  
) debu  
an erg  
exceptio  
nino in  
etur ex  
e, fva  
mitare  
ntia iu  
tibi ob  
ae te ex  
pellen  
n detra  
us alio  
s omni  
herano  
æc est fi  
n taxes  
iam fri  
nis. An  
apud t  
s. 24. 8  
nus can  
tus fun  
m redit  
ius col  
ne facil  
Deni  
micum  
s. 24

VD18

**ULB Halle**  
008 550 301 3



ponides  
onides.






Ch. 32a, 28

Vc  
3647

NONNEMINIS  
**BVCOLICA,**  
IN  
AVGVSTVM BREMERVM,  
SAXONEM



DNIS

o I.

fium,  
M.



6

